

Ad Magnificat, Antiphona.
Réddite ergo quæ sunt Cæsa-
ris, Cæsari: & quæ sunt Dei,
Deo, alleluia.

Si sequens Dominica fuerit
ultima post Pentecosten, eius
loco pónitur xxiv. ut int̄a: &
Officium huius Dominicae pón-
tur in Sábbato præcedenti,
non impedit Festa ix. Lectio-
num, alioquin Féria vi. vel alia
similiter non impedita.

DOMINICA XXIII. Post Pentecosten. ORATIO.

Absolve, quæsumus Dómi-
ne, tuorum delicta popu-
lorum: ut à peccatorum nostro-
rum néxibus, quæ pro nostra
fragilitate contraximus, tua
benignitate liberémur. Per Dómi-
num.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dicébat enim intra se: Si terti-
go túnbriam vestimenti eius
tantum, salva ero.

Ad Magnificat, Antiphona.
At Iesus convérsus, & videns
eam, dixit: Confide filia, fides
tua te salvam fecit, alleluia.

Dominica post Pentecosten
non possunt esse pauciores vi-
ginti tribus, neque plures vi-
ginti octo. Cum autem fuerint
plures vigintiquatuor, tunc post
xxii. Dominicam resumuntur,
quæ eo anno superiuerunt
post Epiphaniam; quoad Ora-
tionem & Antiphonas ad Be-
neditus, & Magnificat hoc
ordine.

Si Domínica post Pentecos-
ten fuerint xxv. Dominica xxiv.
Post Pentecosten erit quæ est
vi. post Epiphaniam.

Si fuerint xxvi. Dominica xxiv.
erit quæ est v. post Epiphaniam,
& xxv. erit quæ est vi.

Si fuerint xxvii. Dominica
xxiv. erit quæ est iv. post Epi-
phaniam, xxv. erit v. & xxvi.
erit vi.

Si fuerit xxviii. Domini-
ca xxiv. erit quæ est iii. post
Epiphaniam xxv. erit iv. &
xxvi. erit v. & xxvii. erit vi.
& ultimo loco semper póni-
tur, quæ sequitur hic in ordi-
ne xxiv.

DOMINICA XXIV. ultima post Pentecosten.

ORATIO.

Excta, quæsumus Dómine,
tuorum fidélium voluntates:
ut divini operis fructum
propensis excequentes, pietatis
tua remédia maiora percipiānt.
Per Dóminum.

Ad Benedictus, Antiphona.
Cum videritis abominationem
desolationis, quæ dicta est à
Daniélis Prophéta, stantem in
loco sancto: qui legit, intel-
ligat.

Ad Magnificat, Antiphona.
Amen dico vobis, quia non
præteribit generatio hac, do-
nec omnia fiant: celum &
terra transibunt, verba autem
mea non transibunt, dicit Dó-
minus.

PROPRIUM SANCTORUM.

DIE XXIX. NOVEMBRI.

S. SATURNINI MARTYRIS. Commemoratio.

Ad Vesperas, Antiphona:
Iste sanctus pro lege Dei sui
certávit usque ad mortem, & à
verbis impiorum non timuit:
fundátus enim erat supra fir-
mam petram. **V.** Glória & ho-
nore coronásti eum Dómine.
B. Et constitúisti eum super
opera manuauit tuárum.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Saturnini
mártiriis tui concédis
natalítio pérfrui: eius nos tribue
méritis adiuvári. Per Dóminum.

De Festis occurréntibus in
Adventu non fit Officium, nisi
fuerit Duplex, vel Semiduplex.
Quod si vénérerit in Dominica,
transfertur in Féria ii. simili-
ter non impeditum. De Sim-
plicibus autem fit tantum com-
memoratio: quod servátur
étiam in Quadragesima, Qua-
tuor Temporibus, & in Vigilijs,
ut in Rúbricis generálibus
Breviarij dictum est.

IN VIGILIA

S. Andréæ Apóstoli.

Si hac Vigilia vénérerit in Ad-
ventu, nihil fit de ea, nisi in
Missa. Si vero non vénérerit in
Adventu, fit Officium de Fé-
ria, ut dictum est in Rúbricis
generálibus Breviarij, cum Ora-
quis, 146.

tiōne de Vigilia, ut infrā. Quod
étiam servátur in alijs Vigilijs
occurréntibus in Adventu. Qua-
dragésima, & Quátuor Tem-
poribus.

Si Festum S. Andréæ vénérerit
Féria ii. de Vigilia fit Officium
in Sábbato præcedenti, & Com-
memoratio S. Saturnini in Do-
minica.

Ad Láudes, ut in Psaltrio,
& dicuntur Preces feriales Ile-
xis géniibus suprà. 62.

ORATIO.

Quásunus omnípotens
Deus: ut beátmus Andréas
Apóstolus, cuius prævenimus
festivitatem; tuum pro nobis
implóret auxilium: ut à nostris
réatibus absolútus, à cunctis étiā
péculis eruámur. Per Dónum.

Deinde pro Commemoratiō-
ne S. Saturnini, Antiphona. Qui
odit ánimam suam in hoc mun-
do, in vitam atérnam custodit
eam. **V.** Iustus ut palma florē-
bit. **B.** Sicut cedrus Libani
multiplicabitur.

ORATIO.

Deus, qui nos beáti Saturnini
mártiriis tui concédis
natalítio pérfrui: eius nos tribue
méritis adiuvári. Per Dó-
minum nostrum.

Extra Adventum fit Comme-
moratio de Cruce, cum réli-
quis, 146.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

IN FESTO S. ANDREÆ

Apóstoli. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Salve crux pretiosa, cum reliquis de Laudibus, 319, Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 125, & loco ultimi. Psalmus. Laudate Dóminum omnes Gentes, 129.

CAPITULUM. Rom. 10. 6

Fratres, Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur.

HYMNUS.

E Xultet orbis gaudij:

Calum resuluet laudibus:

Apostolorum gloria;

Tellus & astra concinunt.

Vos saeculorum ludicra,

Et vera mundi lumen,

Votis precamur cordium;

Audite voces supplicum.

Qui tempora cali clauditis,

Serisque verbo solvitis,

Nos a reatu noxiis

Solfi iubete, quæsumus.

Præcepta quorum protinus

Langor salisque sentiunt;

Sanate mentes languidas:

Augete nos virtutibus:

Ut cum redibit Arbitrarius

In fine Christus seculi,

Nos sempiterne gaudijs

Concedat esse compotes.

Patri, simulque Filio,

Tibiique sancte Spiritus,

Sicut fuit, sit iugiter

Seculum per omne gloria.

Amen.

Y. In omnem terram exivit so-

nus eorum. ¶ Et in fines orbis terra verba eorum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Unus ex duobus, qui secuti sunt Dóminum, erat Andréas frater Simónis Petri, alleluia.

ORATIO.

M Aiestatem tuam, Dómine, suppliciter exoránum: ut sicut Ecclesia tua beatus Andréas Apóstolus extitit prædicator & rector; ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per Dóminum nostrum.

Si vénérat in Adventu fit Commem. Férie occurréntis.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Apostolorum Dóminus,

* Venite adorámus. Psalmus.

Venite, exultemus.

Hymnus. Eterna Christi munera, infà in Communi Apo-

tolorum. ii.

In primo Nocturno, Aña.

V Idit Dóminus Petrum,

& Andréam, & vocavit eos.

Psalm. Cæli enár-

rant gloriam Dei, 14. Aña.

Venite post me, dicit Dóminus,

faciam vos fieri piscatores ho-

minum. Psalmus. Benedicam

Dóminum, 54. Antiph. Relic-

tis rétibus suis, secuti sunt Dó-

minum Redemptorem. Psalmus.

Fructuavit cor meum. 67.

Y. In omnem terram exivit so-

nus eorum. ¶ Et in fines orbis,

terra verba eorum.

In secundo Nocturno, Aña.

Dignum sibi Dóminus computa-

vit martyrem, quem vocavit

Apóstolum, dum esset in mari,

alleluia. Psalmus. Omnes Gen-

tes.

tes, 68. Aña. Diléxit Andréam

Dóminus in odore suavitatis.

Psalm. Exaudi Deus deprecatiō-

nem. 77. Aña. Bido vivens

pendebat in cruce beatus An-

dréas pro Christi nōmine, & do-

cēbat populum. Psalmus. Exau-

di Deus orationem. 78. Y. Con-

stitutes eos principes super om-

nen terram. ¶ Mémores erunt

nōminis tui Dómine.

In tertio Nocturno, Aña.

Non me permitas, Dómine, fa-

mulum tuum à te separari: tem-

pus est ut commandētur terra

corpus meum, & me ad te veni-

re iubetas. Psalm. Confitebimur

tibi Deus. 89. Aña. Andréas verò

rogabat populum; ut non impedi-

ret passionem ipsius. Psalmus.

Dóminus regnabit extul-

te: 105. Aña. Accipe me ab ho-

mínibus, & redde me magistro

meo: ut per te me recipiat, qui

per te me redemit, alleluia. Psalmus.

Dóminus regnabit, irascan-

tur, 110. Y. Nimiris honorati sunt

amici tui Deus. ¶ Nimiris con-

fortatus est principatus eorum.

AD LAUDES,

& per Horas Antiphona.

Alve crux pretiosa, suscipe

discipulum eius, qui pe-

pedit in te magister

meus Christus. Psalmus. Dómi-

nus regnabit, cum reliq. 17. Aña.

Beatus Andréas orabat, dicens:

Dóminus Rex aeternæ glorie, sus-

cipe me pendenter in patibulo.

Aña. Andréas Christi iamulus,

dignus Dei Apóstolus, germá-

nus Petri, & in passione socius.

Aña. Maximilie Christo amabi-

lis, tulit corpus Apóstoli, ópti-

mo loco cum aromatibus sepe-

livit. Aña. Quia persequebán-

tur iustum, demersisti eos Dó-

mine in inferno, & in ligno cru-

cis dux iusti fuisti.

CAPITULUM. Rom. 10. 6

F ratres, Corde enim crédi-

tur ad iustitiam: ore autem

confessio fit ad salutem. Dicit

enim Scriptura: Omnis, qui cré-

dit in illum, non confundetur.

Hymnus. Exultet orbis gau-

dijs. ut supr. 318.

Y. Annunciativerunt ópera Dei.

Y. Et facta eius intellexerunt.

Ad Benedictus, Antiphona.

Concède nobis hominem ius-

tum, redde nobis hominem

sanctum; ne interficias hominem

Deo charum, iustum, mansu-

tum, & pius. ORATIO.

M Aiestatem tuam, Dómi-

ne, suppliciter exoránum:

ut sicut Ecclesia tua beatus

Andréas Apóstolus extitit præ-

dicator & rector; ita apud te sit

pro nobis perpetuus interces-

sor. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemoratio

Férie, si vénérat in Adventu.

Ad Tertiā, Antiphona.

Beatus Andréas. Capitul. Fra-

tres, Corde enim créditur. ut

supr.

Y. breve. In omnem terram,

* Exivit sonus eorum. In om-

nem. Y. Et in fines orbis terra-

verba eorum. Exivit. Glória

Patri. In omnem, Y. Constitues

eos principes super omnem ter-

ram. Y. Mémores erunt nōmi-

nis tui Dómine.

Ad

Ad Sextam, Antiphona.
Andreas Christi famulus.

CAPITULUM. Rom. 10. c

Non est enim distinzione Iudei & Greci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim, quicunque invocaverit nomen Domini, salvis erit.

Br. Constitutes eos principes
* Super omnem terram. Constitutes. **y.** Memento erunt nominis tui Domine. Super. Gloria Patri. Constitutes. **y.** Nimiris honorati sunt amici tui Deus.
Br. Nimiris confortatus est principatus eorum.

Ad Nonam, Antiphona.
Qui persecabantur iustum.

CAPITULUM. Rom. 10. c

Sais enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum.

Br. breve. Nimiris honorati sunt, * Amici tui Deus. Nimiris.

y. Nimiris confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimiris. **y.** Annunciatuerunt opera Dei. **Br.** Et iacta eius intellexerunt.

Ad Vesperas, Antiphona.
Salve crux pretiosa, cum reliq. de Laudibus. 319. Psalm. Dixit Dominus. cum reliquis in illi. Vesp. de Communi Apostolorum. iii. Capitulum. Fratres. Corde enim. ut supra. 318.

Hymn. Exultet orbis gaudijs. **i.** Annunciatuerunt opera Dei. **Br.** Et facta eius intellexerunt.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cum pervenisset beatus Andreas ad locum, ubi crux parata erat, exclamavit & dixit: O bona crux, diu desiderata, & iam concupiscendi animo preparata: securus & gaudens veniam ad te, ita & tu exultans suscias me discipulum eius, qui pepedit in te.

Oratio. Maiestatem tuam, ut supra. 318.

Si venerit in Adventum fit Com. memoratio Ferie occurrentis.

FESTA DECEMBRIS.
Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. lxxvii.

DIE II. DECEMBRIS.

In festo S. Bibiana virginis & martyris. Semiduplex.
Officium fit, ut in Ruricis generalibus Breviarij notatur de Festo Semiduplici.

Omnia dictuntur de Communi Virginum. xxiii. præter Orationem.

Oratio.

Deus omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virgininitate flore martyrij palmarum coniunxit: mentes nostras eius intercessione tibi charitate coniunge, ut, amotis periculis, premia consequamur eterna. Per Dominum nostrum.

Vesp. de S. Francisco Xavero cum Com. S. Bibiana, & Ferie.

DIE

DIE III. DECEMBRIS.

In festo S. Francisci Xavieri, Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, xx. præter Orationem.

Deus, qui Indiarum Gentes beatæ Francisci predicatione & miraculis Ecclesiæ tuae aggregare voluisti: concede propitiis ut cuius gloriosa merita veneramur, virtutum quoque imitetur exemplum. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Com. S. Bibiana, Aña. Veni sponsa. **y.** Diffusa est gratia. **Oratio.** Deus, omnium largitor. ut supra. 320.

Póstea de Ferie: quod & servatur per totum Adventum in Vesperis & Laudibus.

Vespera a Capitulo de sequenti, Commem. præcedentis, Ferie, & S. Barbara.

DIE IV. DECEMBRIS.

In festo S. Petri Chrysologi Episcopi & Confes. Duplex.
Omnia de Communi Confes. Pont. xvii. præter Orationem.

In Hymno. Iste Confessor. mutatur tertius Versus.

Ad Magnificat in utrisque Vesperis. Aña. O Doctor optimus, Ecclesiæ sanctæ lumen, beate Petre Chrysologe, divina legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. **Oratio.**

Deus, qui beatum Petrum Doctorem egrum, divinitus præmonstratum ad regendum, & instruendum Ecclesiæ tuam eligi voluisti: praesta quæsumus ut quem Doctorem

vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per Dominum.

Deinde fit Com. præcedentis, Ferie, & S. Barbara virg. & mart. Aña. Veni sponsa Christi. Oratio. Deus qui inter cetera. ut in Communi unius Virginis & Martyris. xxv.

In Laud. fit Com. Ferie, & S. Barbara virg. & mart. Aña. Simile fit in Vesperis. **y.** Diffusa est gratia. **Oratio.** Deus, qui xxv.

In ii. Vesperis fit Commem. Ferie, & sequentis.

DIE V. DECEMBRIS.
Sancti Sabba Abbatis

Commemoratio. In Vesperis. Aña. Similabo eum viro sapienti, que edificavit domum suam supra petram. **y.** Amavit eum Dominus, & ornauit eum. **Br.** Stolam gloria induit eum. **Oratio.**

Intercessio nos, quæsumus
Domine, beati Sabbathi Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valamus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum.

In Laudibus, Antiphona.
Euge serve bone, & fideli, quia in pauca fuisti fideli, supra multa tu constituam, intra in gaudium Domini tui. **y.** Instum deduxit Deus per vias rectas. **Br.** Et ostendit illi regnum Dei. **Oratio.** Intercessio. ut supra.

DIE VI. DECEMBRIS.

In festo S. Nicolai Episcopi & Confessoris. Duplex.
Omnia dictuntur de Communi Confessoris Pontificis. xvii. præter Orationem.

X ORA-

ORATIO.

Deus, qui beatum Nicoláum Pontificem immúmeris decorasti miraculis: tribue quéssumus; ut eius méritis & præcibus, à gehérra incendijs liberemur. Per Dóminum.

Ad Vesperas, Antiph. Ecce sacerdos. Psalmi ut in ii. Vesperis de Communi Confessoris Pontificis. xix.

A Capitulo de S. Ambrósio, cum Commemoratiōne S. Nicolai, & Feria.

DIE VII. DECEMBRIS.
In festo S. Ambrósij Episcopi, Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis. xvii.

In Hymno ad Vesperas mūtatur tertius Versus.

Ad Magnificat, Antiphona. O Doctor optime, Ecclesia sancte lumen, beate Ambrosi, divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

ORATIO.

Deus, qui pólpo tuo atérna salutis beatum Ambrósium ministrum tribuisti: præsta quéssumus; ut quem Doctorem vita habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratiōne S. Nicolai, nisi transferatur, Antiphona. Amávi eum Dóminus, & ornávi cum, stolam gloria induit cum, & ad portas paradisi coronávit eum. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. Et ostendit illi reg-

num Dei. **O**ratio. Deus qui beatum, ut supra.

Póstea de Feria.

Vespera de Conceptione, cum Commemoratiōne S. Ambrósij, & Feria.

DIE VIII. DECEMBRIS.
In festo Conceptionis B. Mariae Virginis. Duplex.

S. Feria quarta Quatuor Témporum occurrat xiv. vel xv. Décembri, de ea fit Commemoratiōne in Láudibus.

Ad Vesperas, Antiph. Conceptio gloriōsa, cum reliq. ut intra in Láudibus. 323. Psalmi constucti de sancte Maria, ut in eius Officio parvo. xl.

CAPITULUM. Ecli. 24.

Ab initio, & ante sécula creata sum, & usque ad futurum séculum non césiam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus. A ve maris stela. xlvi.

* Conceptio est hodiē sancte Marie virginis. Cuuius vita inclita cunctas illustrat Ecclesia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Gloriosa virginis Marie Conceptionem dignissimam recolamus, quia & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

ORATIO.

FAmulis tuis, quéssumus Domine, caléstis grátia munus impertire, ut quibus beata Virginea partus exstitit salutis exordium, Conceptionis eius votiva solémnitas, pacis trubuat incrementum. Per Dóminum nostrum.

Deinde

Deinde fit Commemoratio

S. Ambrósij, Aña. O Doctor optime, Ecclesia sancte lumen, beate Ambrosi, divina legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei. Iustum deduxit Dóminus per vias rectas. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui populo tuo, ut supra.

Póstea de Feria occurrente.

Ad Matutinum, Invitatorium. Conceptionem virginis Marie celebrémus: * Christum cuius Filium adorémus Dóminum. Psalmus. Venite, exultemus. 2. Hymnus. Quem terra. xlvi.

Antiphona & Psalmi Nocturnorum, ut in eius Officio parvo. xlvi.

In primo Nocturno.

* Specie tua, & pulchritudine tua. Intende, prósperè procēde, & regna.

In secundo Nocturno.

* Adjuvabít eam Deus vultu suo. Deus, in médio eius, non commovébitur.

In tertio Nocturno loco no[n] Antiphona. Post partum dicitur Aña. Angelus Dñi numeri Marie, & concepit de Spíritu sancto. Elégit eam Deus, & prælégit eam. In tabernaculo suo habitére facit eam.

A D L A U D E S,
& per Horas, Antiphona.

Conceptio gloriōsa virginis Marie ex sémine Abraham, orta de tribu Iuda: clara ex stirpe David. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliq. 17. Aña. Conceptio est hó-

die sanctæ Mariæ virginis, cuius vita inclita cunctas illustrat Ecclesia. Aña. Regali ex progenie Maria exorta refugiet: cuius præcibus nos adiuvari mente & spiritu devotissime poscimus. Antiph. Corde & animo Christo canamus gloriam, in hac sacra solemnitate præcelsæ genitricis Dei Marie. Aña. Cum incunditatem Conceptionem beatæ Marie celebrémus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Iesum Christum. Capitulum. Ab initio. Hymn. O gloriōsa Virginum. xxxvi. * Conceptio est hodiē sancte Marie virginis. Cuuius vita inclita cunctas illustrat Ecclesia.

Ad Benedictus, Antiphona.

Conceptionem hodiernam perpetuae virginis genitricis Dei Marie solemniter celebremus, qua celsitudo throni processit, alleluia. ORATIO.

FAmulis tuis, quéssumus Dómine, caléstis grátia munus impertire: ut quibus beata Virginis partus exstitit salutis exordium, Conceptionem eius votiva solémnitas, pacis trubuat incrementum. Per Dóminum.

Deinde fit Communem. Feria. Ad Primam in g. brevi dicitur *. Qui natus es de María Virgine. Et dicitur per totam Octavam, etiam in Festis.

Ad Horas Antiphona de Láudibus. Capitula, & g. brevia ut in Officio B. Marie in Sábado. xxvii.

In secundi Vesperis omnia ut in primis Vesperis. 322.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona.
Concēptio tua, Dei genitrix virgo, gādū annūciātū universo mundo ex te enim ortus est sol iustitiae, Christus Deus noster: qui solvens maledictiōnem, dedit benedictiōnēs; & confundens mortem, donāvit nobis vitam sempiternā.

Et fit Commemoratio Férīæ.

DIE IX. DECEMBRIS.

Secunda die infra Octāvam Conceptionis B. Marīæ.

In Lāudib⁹ fit Commemor. Férīæ: cui in Vésperis addītur Commem. S. Melchiādis Papæ, & martyris, Añā. Iste sanctus pro lege Dei sui certāvit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundat⁹ enim erat supra firmam petram. ¶ Glori⁹ & honore coronati⁹ eum Dōmīne. Et constituit⁹ eum super ópera manuū tuārum. **Oratio.**

Infirmitatēm nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriae actionis gravat, beati Melchiādis martyris tui atque Pontificis intercessio gloriōsa nos prōtegat. Per Domīnum nostrum.

DIE X. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octāvam Conceptionis B. Marīæ.

In Laudib⁹ fit Commemor. Férīæ, & S. Melchiādis Papæ & martyris, Añā. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit cam. Sicut cedrus Libanī multiplicabitur, Oratio, Infirmitatēm. **ut suprā.**

Deindē fit Commemoratio Octāvæ, & Férīæ.

Ad

DIE XI. DECEMBRIS.
In festo S. Damasi Papæ & Confessoris, Semiduplex. **Oratio.**

Exaudi Dñe preces nostras & interveniente beato Dāmaso Confessore tuo atque Pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per Dñm.

Deindē fit Commemoratio Octāvæ, & Férīæ in Lāudib⁹.

Véspera à Capitulo de Octāva, cum Comm. S. Damasi & Férīæ.

DIE XII. DECEMBRIS.

Quinta die infra Octāvam Conceptionis B. Marīæ.

In Lāudib⁹ fit Commemoratio Férīæ.

Véspera de S. Lúcia virginē & martyre, cum Commemoratione Octāvæ, & Férīæ.

DIE XIII. DECEMBRIS.

In festo S. Lúcie virginis & martyris. Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona.

Orante sancta Lúcia ut infra in Lāudib⁹. 325. Psalmi, Capitulum, Hymnus, & y. de Communi Virginum. xxii.

Ad Magnificat, Antiphona.

In tua patiētate possedisti animam tuam, Lúcia sponsa Christi: odisti que in mundo sunt, & coruiscas cum Angelis: sanguine proprio inimicum viciſti.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutāris noster: ut sicut de beatæ Lúcie virginis & martyris tuae festivitatē gaudeamus; ita pia devotionis erudiāmur affectū. Per Dōmīnum.

Deindē fit Commemoratio Octāvæ, & Férīæ.

Ad Matutinū, de Communi Virginum, ut infra. xxvi.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

ORante sancta Lúcia, apparuī ei beata Agatha, & consolabatur ancilam Christi. Psalm. Dōminus regnāvit. cum reliq. 17. Antiphona. Lúcia virgo quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuae Añā. Per te Lúcia virgo, civitas Syracusana decorabūt à Dño Iesu Christo. Añā. Benedic te Pater Dñi mei Iesu Christi, quia per Filium tuum ignis extinc̄tus est à latere meo. Añā. Soror mea Lúcia, virgo Deo devota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuae?

Capitulum. 2. Cor. 10. d

Fratres, Qui gloriat⁹ in Dōmino gloriet⁹. Non enim qui seipsum commenādat, ille probat⁹ est, sed quem Deus commenādat.

Hymnus de Communi Virginum. xxv.

y. Diffusa est grātia in lābijs tuis. Et Propterea benedixit te Deus in eternū.

Ad Bencūtus, Antiphona. Columna es immobili, Lúcia sponsa Christi: quia omnis plebs te spēcat, ut accipias corōnam vita, alleluia. **Oratio.** Exaudi nos Deus, ut supra.

Et fit Commemoratio Octāvæ, & Férīæ.

Ad Horas Antiphona de Lāudib⁹. Capitula & y. brévia ut in Communi Virginum. xxvii.

Ad Vésperas, Añā. Orante S. Lúcia, cum reliq. ut suprā. Psalm. Capitulum & Hymnus de Communi Virginum. xxv.

y. Diffusa est grātia in lābijs tuis. Et Propterea benedixit te Deus in eternū.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tanto pōdere eam fixit Spīritus sanctus, ut virgo Christi immobili permanēret.

Oratio. Exaudi nos Deus, ut supra.

Deindē fit Commemoratio Octāvæ, & Férīæ.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra Octāvam Conceptionis B. Marīæ.

Si hac die occurrat Férīæ quarta Quatuor Tēmporum, de ea fit Commemoratio in Lāudib⁹.

Ad Vésperas duplex; & omnia dicuntur sicut in primis Vésperis Festi, cum Commemoratione Férīæ.

Si dics Octāvam Conceptionis B. Marīæ Virginis inciderit in Dominicam tertiam Adventus, fit Officium de Dominicā, hōc modo: Véspera de Sabbato praecedēt dicuntur de Férīæ, ut in Psalterio, scilicet Antiphona. **Benedictus.** Psalmi de Sabbato: & à Capitulo fit de Dominicā, cum Commemoratione diēi Octāvæ, ut in primis Vésperis Festi, Añā. **Gloriōsa Virginis.** y. **Concep̄tio est.**

Oratio. Famulis tuis, sine Prēcibus propter Octāvam.

Sequenti die fit de Dominicā prædicta, cum Commemorat. Octāvæ in Lāudib⁹, & secundis dis

X 3 dis

dis Vesperis, & non dicuntur
Preces ad Primam, & Comple-
tum.

DIE XV. DECEMBRIS.
Ottava Conceptionis B. Mariae.

Duplex.

Si hac die occurrat Feria iv.
Quatuor Temporum, de ea fit
Commemoratio in Laudibus.

In secundis Vesperis fit Com-
memoratio sequentis & Ferialis.

DIE XVI. DECEMBRIS.
In festo S. Eusebii Episcopi &
martyris. Semiduplex.

Omnia de Communi unius
Mart. viii. prater Orationem.
ORATIO.

Deus, qui nos beati Eusebii
martyris tui atque Ponti-
ficii annua solemnitate laetificas:
concede propitiis: ut, cuius
natalitia colimus, de eiusdem
etiam protectione gaudemus.
Per Dominum nostrum.

De Vigilia S. Thomae Apo-
stoli nihil fit nisi in Missa.

DIE XXI. DECEMBRIS.

IN FESTO
S. THOMÆ
Apóstoli. Duplex.

Omnis de Communi Apos-
tolorum, i.e. excéptis Iesu, que
hic sunt propria:

Ad Magnificat in utrisque
Vesperis, & ad Benedictus in
Laudibus. **Aña.** Quia videlicet
Thoma, credidisti: Beati qui non
vidérunt, & credíerunt, alleluia.

ORATIO.

Da nobis, quæsumus Dó-
mine, beati Apóstoli tui
Thomæ solemnitibus gloriá-
ri: ut eius semper & patroci-

nij stiblevéntr, & fidem con-
grua devotione sefémur. Per
Dominum nostrum.

Deinde pro Commemoratiōne
Advéntus. **Aña.** O clavis David,
& sceptrum domus Israël, qui
aperis, & nemo claudit: claudis,
& nemo aperit: veni & educ
vinclum de domo carceris, se-
dentes in tenebris, & umbra
mortis. **y.** Rorát eali desu-
per, & nubes pluant iustum.
b. Aperiárt terra, & gémitu
nét Salvatorem.

Oratio ut in Advéntus.
Si contingat Festum trans-
ferri in secundam Fériali, tunc
dicitur alia subsecuae Antiph.

O óriens splendor lucis até-
nae, & sol iustitiae: veni, & illu-
mina sedentes in tenebris, &
umbra mortis. **y.** Rorát, &c.

In Laudibus pro Commemoratiōne
Advéntus. **Aña.** Nolite
timere: quinta enim die véniet
ad vos Dóminus noster. **y.** Vox
clamantis in deserto, Paráte
viam Domini. **b.** Rectas facite
sératas eius. Oratio ut in Ad-
véntu. Si hoc Festum transfe-
ratur, tunc Antiph.

Nolite tí-
mère, dicitur ad Benedictus in
Dominica, loco Antiph. Ave
Maria. & in Officio S. Thomæ
pro Commemoratiōne Advéntus

pónitur Antiphona Fé-
ria secundæ. Dicit Dóminus:
Poenitentiam agite: appropin-
quavit enim regnum cælorum,
alleluia. **y.** Vox clamatis, &c.

FESTA IANUARII.

Prima die non impedita díci-
tur Officium Defunctor. lxviii.

DIE

DIE XI. IANUARII.
S. Higini Papæ & martyris fit
Commemoratiō infra Octavam
Epiphaniae.

Ad Vesperas, Antiphona.

Iste sanctus pro lege Dei sui cer-
tavit usque ad mortem, & à ver-
bis impiorum non tenuit: funda-
tus enim erat supra firmam
petram. **y.** Glória & honore co-
ronasti eum Dñe. **b.** Et consti-
tuisti eum super opera manuū
tuarum. **ORATIO.**

Infirmatim nostram semper
omnipotens Deus: & quia
pondus propriae actionis gravat,
beati Hygini martyris tui atque
Ioniensis intercessio gloriosa
nos protegat. Per Dominum.

Ad Laudes, Antiphona.

Qui odit animam suam in hoc
mundo, in vita aternâ cus-
todi eam. **y.** luster ut palma
florebít. **b.** Sicut cedrus Libani
multiplicabitur.

Oratio, Infirmitatē nostram.
ut suprā.

DOMINICA II.

Post Epiphaniam.

FESTUM SS. NOMINIS.
I E S U.

Duplex.

Ad Vesperas Antiphona.
Omnis qui invocaverit no-
men Dómini, salvis erit.

Psalmus. D ixit Dóminus: cum
réliquis de Dominica, & loco
tutum, Psalmus. **C**réidi. Antí-
phona. Sanctum & terribile no-
men eius, initium sapientie ti-
mor Dómini. **Aña.** Ego autem
in Dómino gaudébo, & exultá-
bo in Deo Iesu meo. **Aña.** A

solis ortu usque ad occasum lau-
dabile nomen Domini. **Aña.** Sa-
crificabo hostiam laudis, & no-
men Domini invocabo.

CAPITULUM. **P**hilip. 2.

Fratres, Christus humiliá-
vit sicut ipsum, factus
obediens usque ad mor-
tem, mortem autem Crucis.
Propter quod & Deus exaltavit
ilium, & donavit illi nomen:
quod est super omne nomen:
ut in nomine Iesu omne genu
flectatur.

HYMNUS.

IEsu dulcis memória,
Dans vera cordi gaudia:
Sed super mel, & omnia,
Eius dulcis praesentia.

Nil canitur suavius,
Nil auditur iunctiudius,
Nil cogitatur dulcissus,
Quam Iesus Dei Filius.

Iesus spes poenitentibus,
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te querentibus?
Sed quid invententibus?

Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.

Sis Iesu nostrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit nostra in te gloria,
Per cuncta semper sæcula.

Amen.

y. Sit nomen Dómini benedic-
tum, alleluia. **b.** Ex hoc nunc
& usque in séculum, alleluia.
Ad Magnificat, Antiphona.
Fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius, al-
leluia.

X 4

ORA.

ORATIO.

Deus, qui Unigenitum Filium tuum constitueristi humani generis Salvatorem, & Iesum vocari iussisti: concède propitiatus ut cuius sanctum Nomen veneramur in terris, eius quoque aspergunt perfundamur in calis. Per eundem Dominum nostrum.

Fit Commemoratio Domini-
cae secunda post Epiphaniam.
Ad Completorium, & alias Horas dicitur in fine Hymnorum dicitur Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,

AD LAUDES.
& per Horas, Antiphona.

Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulem dilexerunt te, Psalm. Dóminus regnavit, cum rélig. Aña. Scitote quia Dóminus ipse est Deus, cuius nomen in eternum.

Antiphona. Sicután anima mea ad nomen sanctum tuum Dómine. **Antiphona.** Benedicatum nomen gloria tuae, sanctum, & laudabile, & superexaltatum in saecula. **Antiphona.** Iuvenes & virginis, senes cum iunioribus laudate nomen Dómini, quia exaltatum est nomen eius solius.

CAPITULUM. *Philip. 2.*
Fratres, Christus humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genuflectatur.

HYMNUS.

Iesu decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde neclar canticum.
Qui te gustant, esiriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt,
Nisi Iesum, quem diligunt.

O Iesu mi dulcissime,
Spes suspirans anima:
Te querunt lacrima,
Te clamor mentis intimae.

Mane nobiscum Dómine,
Et nos illustra lumen,
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Iesu, flos Matris Virginis,
Amor nostra dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

Verbi dicitur nostrum in nomine Dómini. **Br.** Qui fecit caenum & terram.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dedit se, ut liberaret populum, & acquireret sibi nomen aeternum, alleluia.

ORATIO.
Deus, qui Unigenitum Filium tuum constitueristi humani generis Salvatorem, & Iesum vocari iussisti: concède propitiatus ut cuius sanctum Nomen veneramur in terris, eius quoque aspergunt perfundamur in calis. Per eundem Dominum nostrum.

Póstea fit Commemoratio Domini.

Ad Primam in br. brevi dicitur. **V**erbi dicitur. Qui natus es de Maria virgine.

In br. brevi ad Primam & Com-

Completorium non additur.
Alleluia. sed tantum in alijs Horis.

Ad Tertiam, Aña. Scitote. **C**apitulum. **F**ratres, Christus humiliavit, ut supra. 328.

Br. breve. Sit nomen Dómini benedicatum, * Alleluia, alleluia. Sit nomen. **V** Ex hoc nunc, & usque in seculum. Alleluia, alleluia. **G**loria Patri. Sit nomen Dómini. **V** Afferte Dómino gloriam & honorem, alleluia. **B**r. Afferte Dómino gloriam nomini eius, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona.

Sicutivit. **C**APITULUM. *Philip. 2. b*

In nomine Iesu omne genuflectatur celestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dóminus Iesu Christus in gloria est Dei Patris.

Br. **br.** Afferte Dño gloriam & honorem, * Alleluia, alleluia. Afferte. **V** Afferte Dño gloriam nomini eius. Alleluia, alleluia.

Gloria Patri. Afferte. **V** Magnificare Dóminum mecum, alleluia. **B**r. Et exaltémus nomen eius in idipsum, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona.

Iuvenes & virginis.

CAPITULUM. *Coloss. 3. c*

Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnis in nomine Dómini Iesu Christi facite, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

Br. **br.** Magnificare Dño mecum, * Alleluia, alleluia. Magnificare. **V** Et exaltémus nomen eius in idipsum, alleluia.

eius in idipsum. Alleluia, alleluia. **G**loria Patri. Magnificare. **V** Adiutorium nostrum in nomine Dómini, alleluia. **B**r. Qui fecit celum & terram, alleluia.

In secundis Vesperis omnia dicuntur sicut in primis. 327.

Ad Magnificat, Antiphona. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum, alleluia.

Oratio. **D**eus, qui Unigenitum, ut supra. 328.

Fit Commem. Domini.

DIE XIV. JANUARII. In festo S. Hilarii Episcopi & Confessoris. Semiduplex. In Hymno mutatur tertius Versus.

Aña. Sacerdos & Pontifex, & virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dóminus. **V** Amavit eum Dóminus, & ornávit eum. **B**r. Stola gloria induit eum.

Oratio. **D**eus, qui populo tuo aterne salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: praesta quæsumus; ut quem doctorem rem vita habuimus in terris, intercessorem habere, mercemur in celis. **P**er Dóminum.

Si hoc Festum venerit in Dominicana, transfertur in i. diem non impeditam, & Commem. S. Felicis fit in Dominicana: quod & in similibus servatur.

Commem. S. Felicis Presbyteri & mart. Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim

enim erat supra firmam petram.
¶ Gloriam & honorem coronasti
eum Domine. ¶ Et constituis
tum super opera maiorum tuu
rum. **ORATIO.**

Concede quæsumus omní
potens Deus: ut ad me
liorem vitam Sanctorum tuo
rum exæmpla nos provocent:
quætentis quorum solennia agi
mus, etiam actus imitemur.
Per Dominum.

In Laudibus, Aña. Qui odit
animam suam in hoc mundo,
in vitam æternam custodit eam.
¶ Iustus ut palma florébit.
¶ Sicut cedrus Libani multi
plicabitur. **Oratio.** Concede
quæsumus, ut supra.

Vesperæ de sequenti, Com
memorati o præcedenti.

DIE XV. IANUARII.
In festo S. Pauli primi Eremitæ.

Duplex.

Omnia de Communi Conf
fessoris non Pontificis. xx.

In Hymno Vesperârum muta
tur tertius Versus.

ORATIO.

Deus qui nos beati Pauli
Confessoris tui annua
solemnitate letificas: concède
propitius ut cuius natalitia cõ
linus, etiam actiones imitemur.
Per Dominum.

Pro S. Hilario, Aña. Amavimus
eum Dominus, & ornauit eum, stolam g'oriz induit eum, & ad
portas paradisi coronavit eum.
¶ Elégit eum Dominus sacer
dotem sibi. Ad sacrificandum
ei hostiam laudis. **Oratio.** Deus,
qui populo. ut supra. 229.

Deinde pro Commemoratio
ne S. Mauri Abbatis, Antiphona.
Euge serve bone, & fideliis,
quia in pauca fuisti fideliis, supra
multa te constitutam intra in
gaudium Domini tui. ¶ Iustum
deceperit Dñs per vias rectas.
¶ Et ostendit illi regnum Dei.
Sed si festum S. Pauli transfrerri
contingat, non variatur Aña.
& y. sed dicuntur ut in eodem
Communi. **ORATIO.**

Intercéssio nos, quæsumus
Dñe, beati Mauri Abbatis
comméndet: ut quod nostris
méritis non valémus, eius patro
cino assequámur. Per Dñm.

In Laudibus pro Commemo
ratio ne S. Mauri Abbatis, Antiphona.
Similabó eum viro sa
piénti, qui adificávit domum
suum supra petram. ¶ Amavimus
cum Dominus, & ornauit eum.
¶ Stolam gloria induit eum.

Oratio. Intercéssio. ut supra.
In Vesperis Commemoratio
sequenti.

DIE XVI. IANUARII.
In festo S. Marcéllo Papæ &
mártiri. Semiduplex.

ORATIO.

Preces populi tui, quæsu
mus Domine, clementer
exaudi: ut beati Marcéllo má
rtiris tui atque Pontificis mé
ritis adiuvenmur, cuius passione
lætamur. Per Dominum.

DIE XVII. IANUARII.
In festo sancti Antonij Abbatis

Duplex. **ORATIO.**

Intercéssio nos, quæsumus
Domine, beati Antonij Ab
batis comméndet: ut quod
nos-

nostris méritis non valémus,
eius patrocino assequámur. Per
Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio
S. Marcéllo, Antiph. Qui vult
venire post me, abneget semet
ipsum, & tollat crucem suam,
& sequátur me. ¶ Iustus ut
palma florébit. ¶ Sicut cedrus
Libani multiplicabitur.

Oratio. Preces populi tui.
ut supra. 330.

DIE XVIII. IANUARII.
In festo Cathedrae S. Petri, qua
Roma primum sedet.

Duplex.

Ad Vesperas, Aña. Ecce sa
cérdos, cum reliq. de Laud. 332.
Psalmus. Dixit Dominus, cum
reliq. de Dominicâ, 125. & loco
ulti, Psalm. Laudate Domî
num omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. Eccli. 44.c.
Ecce sacérdos magnus qui
in diébus suis placuit
Deo, & inventus est ius
tus: & in tempore iracundiae
factus est reconclitatio.

HYMNUS.

Quodcumque in orbe néxi
bus revinxeris,
Erit revinatum, Petre, in arce
siderum:
Et quod resolvit hic potestas
trádita,
Erit solitum celi in alto vértice:
In fine mundi iudicabis séculum,
Patri peréane sit per ævum
glória,

Tibique laudes concinamus in
cliyta,
Æternæ Natae, sit supérne Spí
ritus
apud te patrocinia sentianus.

Póstea fit Commemoratio
S. Antónij, Antiphona. Hic vir
despiciens mundum, & terræ,
trium-

Honor tibi decásque: sancta
iúgiter
Laudetur omne Trinitas per sé
culum. Amen.

¶ Tu es Petrus. ¶ Et super
hanc petram ædificabo Ecclé
siam meam.

Ad Magnificat, Antiphona.
Tu es pastor óvium, principes
Apostolorum, tibi traditæ sunt
clavis regni calórum.

ORATIO.

Deus, qui beato Petro
Apostolo tuo, collátis
clávibus regni caléstis, ligandi
atque solvendi pontificium tra
didisti: concéde: ut intercessio
nis eius auxilio, à peccatorum
nostrorum néribus liberemur.
Qui vivis & regnas.

Deinde fit Commemoratio
S. Pauli ante álias quæcumque
Commem. étiam Festi Dupli
cis, aut Dominicæ. Quod & ser
vatur in Commemorat. sancti
Petri, qua sit in festis sancti
Pauli, Antiphona. Sancte Paulie
Apóstole, predicatorum veritatis,
& doctoř Géntium, intercede
pro nobis ad Deum, qui te él
egit. ¶ Tu es vas electionis, sanc
te Paule Apóstole. ¶ Predicá
tor veritatis in universo mundo.

ORATIO.

Deus, qui multitudinem
Géntium beati Pauli Apostoli
prædicatiōne docuisti: da
nobis quæsumus: ut cuius com
memorationem cõlimus, eius
apud te patrocinia sentianus.

triumphans, divitias calo cón-didit ore, manu. **y.** Iustum de-dixit Dóminus per vias rectas.
R. Et osténdit illi regnum Dei.
Oratio. Intercessio. ut sup. 330.

Post remò fu Commemoratio S. Prisca virginis & martyris. **Aña.** Veni sponsa Christi, accipe corónam, quam tibi Dñs prapa-ravit in æternum. **y.** Spécie tua, & pulchritudine tua. **R.** Intende, prosperè procède, & regua.

ORATIO.

D Quæsumus omnípotens Deus: ut qui beata Prisca virginis & martyris tuæ natalitia colimus; & annua solennitate latèmurus, & tanta fidei proficiá-mus exémplo. Per Dóminum. **Ad Matutinum.** Invítatórium. **T**u es pastor óviū, principe Apostolorum: * Tibi trádedit Deus claves regni calórum. Psalmus. V enite, exultemus. 2. Hymnus. Quodcúmque. ut supr. 331.

In primo Nocturno, Aña. Beatus vir. cum alijs Antiphonis, Psalm. & v. de Communi Confessoris Pontificis, ut infra. xviii.

AD LAUDES.
& per Horas. Antiphona.

Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit iustus. Psalm. Dóminus regnávit. cum reliquis. 17. **Aña.** Non est invéntus simili illi, qui conservaret legem Excelsi. **Antiphona.** Ideo iureuando fecit illum Dóminus crèscere in plementum suam. **Aña.** Sacerdotes Dei benedicte Dóminum, servi Dó-

mini, hymnum dícite Deo, alle-lia. **Aña.** Serve bone & fideli, intra in gáudium Dómini tui.

CAPITULUM. Eccl. 44. c
Ecce sacerdos magnus, qui in diébus suis placuit Deo, & invéntus est iustus: & in tem-pore iracundia factus est recon-ciliatio.

HYMNUS.

B Éate Pastor Petre, clemens accípe Voces precántum, criminum que vincula Vervo resolute, cui potestas trá-dita, Aperire terris calum, apertum claudere. Sit Trinitati sempiterna glória, Honor, potestas, atque iubilatio, In unitate quæ gubernat ómnia, Per univérsa aeternitatis sæcula. Amen.

y. Exaltent eum in Ecclésia ple-bis. **R.** Et in cathédra seniōrum laudent eum.
Ad Beneficium. Antiphona. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcúmque solvéris super terram, erit solatum & in cælis: dicit Dóminus Simóni Petro.

ORATIO.

Deus, qui beato Petro Apósto-lo tuo, collatis clavibus regni celéstis, ligandi atque solvendi pontificum tradidisti: concéde; ut intercessióne eius auxilio, à peccatórum nostrórum néxis liberémur. Qui vi-vis & regnas.

Deinde fit Comm. S. Pauli, sup.

Pos-

Póstea S. Prisca, Aña. Símile est regnum calórum homini negotiátori querénti bona mar-garitas: inventa una pretiosa, de-dit omnia sua, & comparávit eam. **y.** Diffusa est gráta in lá-bijs tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum. **Oratio.** Da quæsumus omnípotens Deus. ut supr. 332.

Ad Horas Antiphona. Capi-tula, & brévia, ut in Communi Confessoris Pontificis xix.

Ad Vésperas, Antiphona. Ec-ce sacerdos magnus, cum reliquias de Láuidibus. 332. Psalmus. Dixit Dóminus cum reliquias de Dominicis, 125, & loco ultimi, Psalmus. Meménto Dómine David. 136. Capitulum. & Hymnus, ut supr. in primis Vésperas. 331.

y. Elegit te Dóminus sacerdotem sibi. **R.** Ad sacrificandum ci hóstiam laudis.
Ad Magnificat, Antiphona. Dum esset summus Póntífex, terrena non inctuit, sed ad cælestia regna gloriósus migrávit. **Oratio.** Deus, qui beato. supr. Póstea fit Commen. S. Pauli, ut supr. in i. Véspers. 332.

Deinde de Ss. Mário & Só-cijs, ut infra.

DIE XIX. JANUARIL.
SS. Marij, Marthæ, Audifacijs, & Abachum martyrum.

Aña. Istórum est enim regnum celórum, qui contempserunt vi-tam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sanguine Agni. **y.** Lætā-mi in Dño, & exultate iusti.

R. Et gloriámini omnes recti corde. **ORATIO.**

Xaudi Dómine populum tuum cum Sanctórum tuorum patrocínio supplicánte: ut & temporali vita nos tribuas pacem gaudere, & aeternam reperi-re subsídium. Per Dóminum.

DIE XX. JANUARII.

In festo SS. Fabiani & Sebasti-ani martyrum. Duplex.

ORATIO.

Nfírmitatē nostram rés-pice omnípotens Deus: & quia pondus propriae actionis gravat, beatórum martyrum tuorum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriósa nos protegat. Per Dóminum.

In secundiis Véspéris à Capi-tulo fit de S. Agnète.

DIE XXI. JANUARII.

In festo S. Agnètis virginis & martyris. Duplex.

Quando hoc Festum trans-fertur in aliam diem, ad Vé-speras Aña. Ingrésa Agnes, cum reliquis de Láuidibus. 335. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliq. de Dominicis, & loco ultimi, Psalmus. Laudáte Dó-minum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. Eccl. 51.

Confitébor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum salvatorem meum. Confitébor nōmini tuo: quóniam adiutor & protéctor fac-tus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Hymnus. Iesu, corona Vírginum. **y.** Spécie tua. de Com-muni Virginum. xxv.

Ad

Ad Magnificat, Antiphona.

Béata Agnes in medioflammatum expánsis manib⁹ orabat; Te déprecor omnipotens adorande, colende, Pater metuēnde, quia per sanctum Fílium tuum evasi minas sacrilegi tyranni, & carnis spurcitat⁹ immaculato calle transi: & ecce vénio ad te, quem amavi, quem quæsiui, quem semper optavi.

ORATIO.

OMnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi elegis, ut fórtia queque confundas: concéde propiti⁹; ut qui beatæ Agnètis virginis & martyris tua solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiāmus. Per Dóminum.

Deindē fit Commemoratio sanctorum martyrum Fabiani & Sebastiani, Aña.

Gaudent in cælis ánimæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eis amore sanguinem suum suderunt, idēo cum Christo exultant sine fine. Exultabant Sancti in glória. Lætabuntur in cibisibus suis.

Oratio. Infirmitatem. ut sup.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem Virginum Dóminum,

* Venite adorēmus. Psalm.

Venite. 2. Hymn. Virginis proles,

ut in Comunī Virginum. xxvi.

In primo Nocturno, Aña.

Discende à me pabulum mortis,

quia iam ab alio amatore prævenita sum. Psalm.

Beatus vir,

qui non abiit. 3. Aña.

Dexteram meam & collum meum cinxit la-

pídibus pretiosis, trádidit auri-

bus meis inæstimabiles margarítas. Psalm. Quare tremuerunt Gentes. 4. Aña. Pósuit signum in faciem meam, ut nullum præter eum amatorem admittam. Psalmus. Dómine, quid multiplicasti. 4. Spécie tua, & pulchritudine tua. Intende, prosperè procède, & regna.

In secundo Nocturno, Aña.

Induit me Dóminus cyclade auro texta, & immensis monilibus ornávit me. Psalm. Cum invocarem. 148. Aña. Mel & lac ex eius ore suscépi, & sanguis eius ornávit genas micas. Psalm. Verba mea auribus p̄cipe. 60. Aña. Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota devotione committo. Psalm. Dómine Dóminus noster. 5. Añ. Adiuvabit eam Deus vultu suo. Deus, in medio eius, non commovēbitur.

In tertio Nocturno, Aña.

Cuius pulchritudinem sol & luna mirántur, ipsi soli servo fidem. Psalm. Dómine, quis. 9. Aña. Christus circumdedit me vernántibus atque coruscantibus gemmis pretiosis. Psalmus. Eruerat̄ cor meum. 67. Aña. Ipsi sum desponsata, cui Angeli serviant, cuius pulchritudinem sol & luna mirántur. Psalmus. Deus noster, refugium. 68. Añ. Elégit eam Deus, & p̄célégit eam. In tabernaculo suo habitére facit eam.

A D L A U D E S

& per Horas, Antiphona.

Tigréssa Agnes turpitudinis locum, Angelum Dómini preparatum invénit. Psalmus.

missus.

mos. Dóminus regnávit, cum reliquis. 17. Aña. Mecum enim hábeo custódem corporis mei, Angelum Dómini. Aña. Amulio suo subarrávit me Dóminus meus Iesus Christus, & tamquam sponsam decorávit me corona. Aña. Benedico te Pater Dómini mei Iesu Christi, quia per Fílium tuum ignis extinxtus est à latere meo. Aña. Congaudéte mecum, & congratulámini, quia cum his omnibus liciens sedes accépi.

Capitulum. Eccl. 51.

Confitébor tibi Dñe rex, & collaudábo te Detin salvatorem meum. Confitébor nōmini tuo: quóniam adiutor & protéctor factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Hymnus. Iesu corona Virginiū. ut in Comunī Virginum. xxv. Añ. Diffusa est grātia in lábiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce quod concupivi, iam video: quod speravi, iam téno: ipsi sum iuncta in cælis, quem in terris posita, tota devotione diléxi.

Oratio.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui infirma mundi elegis, ut fórtia queque confundas: concéde propiti⁹; ut qui beatæ Agnètis virginis & martyris tua solennia colimus, eius apud te patrocinia sentiāmus. Per Dóminum.

Ad Tertiām, Antiphona.

Mecum enim hábeo. Capitulum. Confitébor tibi. ut supr.

Ca-

br. Spécie tua. * Et pulchritudine tua. Spécie tua. Y. Intende, prosperè procède, & regna. Et pulchritudine. Gloria. Spécie tua. Y. Adiuvabit eam Deus vultu suo. Deus, in medio eius, non commovēbitur.

Ad Sextam, Aña. Annulo suo.

Capitulum. Eccl. 51.

Iberásti me secundum multitudinem misericordianóminis tui à rugientibus, praparatis ad escam, de manib⁹ querentium animam meam, & de multis tribulatiōibus quæ circumdedérunt me.

br. Adiuvabit eam, * Deus vultu suo. Adiuvabit. Y. Deus, in medio eius, non commovēbitur. Deus. Gloria. Adiuvabit. Y. Elégit eam Deus, p̄célégit eam. In tabernaculo suo habitére facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Congaudéte mecum.

Capitulum. Eccl. 51.

Audábit usq; ad mortem anima mea Dóminum: quóniam éruis sustinéntes te, & liberas eos de manu angustiæ, Dómine Deus noster.

br. Elégit eam Deus, * Et p̄célégit eam. Elégit. Y. In tabernaculo suo habitére facit eam. Et p̄célégit. Glória Patri. Héligit. Y. Diffusa est grātia in lábiis tuis. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Vesperas, Antiphona.

Ingrēssa Agnes. Psalmus. Dixit Dóminus. cum reliquis de Dominicā, 125. & loco ultimi, Psalm. Laudā Ierusalēm. 145.

Capitul. & **Hymn.** ut in primis
Vesp. 333. ¶ Diffusa est grātia
in lābijs tuis. ¶ Propterea be-
nedixit te Deus in aeternū.

Ad Magnificat, Antiphona.
Stans beata Agnes in medio
flamme, expānsis mānibus orā-
bat ad Dōminum: Omnipotens,
adorande, colende, tre-
mēnde, benedico te, & glori-
fico nomen tuum in aeternū.

Oratio. Omnipotens sempi-
terne Deus, ut supr. 335.

Deinde fit Commemoratio
Festi sequentis.

DIE XXII. IANUARI.

In festo SS. Vincentij & Anas-
tasij mart. Semiduplex.

Ania. Istorum est enim regnum
celorum, qui contempserunt vi-
tam mundi, & pervenérunt ad
præmia regni, & lavérunt stolas
suis in sanguine Agni. ¶ Leta-
mini in Dño, & exultate iusti.
¶ Et gloriamini omnes reū
corde. **Oratio.**

Ad hunc Domine supplica-
tiōnibus nostris: ut qui
ex iniquitate nostra reos nos
esse cognoscimus, beatōrum
martyrum tuorum Vincēntij &
Anastasij intercessione liberē-
mur. Per Dōminum.

Vespera à Capitulo de S. Ray-
mundo, cum Commem. SS. Vin-
centij & Anastasij martyrum,
ac S. Emerentiāna.

DIE XXIII. IANUARI.

In festo S. Raymundi de Peña-
fort. Confess. Semiduplex.

Omnia de Communi Confe-
soris non Pontificis, xx. præter
Orationem & ad Hymnum. [ste-

Confessor. dicitur. ¶ Hac die
latus meruit supremos Laudis
honores.

Oratio.
Deus, qui beatum Ray-
mundo poenitentie Sacra-
menti insignem ministrum
elegisti, & per maris undas mi-
rabiliter traduxisti: concēde, ut
eius intercessione dignos poenit-
tentiae fructus facere, & ad aet-
ernas salutis portum pervenire va-
leamus. Per Dōminum.

Deinde fit Commemoratio
SS. Vincentij & Anastasij mart.
Postea S. Emerentiāna virg-
inis & martyris. **Ania.** Veni spon-
sa Christi, accipe coronam,
quam tibi Dōminus præparavit
in aeternū. ¶ Specia tua, &
pulchritudine tua. ¶ Intende,
prospere procede, & regna.

Oratio.
Indulgētiā nobis, quésu-
mus Dōmine, beata Emer-
entiāna virgo & martyr implō-
ret: qua tibi grata semper ex-
titit & mérito castitatis, & tua
professione virtutis.

In Lādib⁹ fit Commemor.
S. Emerentiāna. **Ania.** Simile est
regnum celorum homini ne-
gotiatori querenti bonas mar-
garitas: inventa una pretiosa,
dedit omnī sua, & comparavit
eam. ¶ Diffusa est grātia in
lābijs tuis. ¶ Propterea be-
nedixit te Deus in aeternū.

Oratio. Indulgētiā nobis.
ut suprā.

Vespera à Capitulo de S. Ti-
mōtheo Episcopo & martyri,
cum Commem. S. Raymundi.

DIE

DIE XXIV. IANUARII.
In festo S. Timōthei Episcopi
& martyris. Semiduplex.

Oratio.
Infirmitatē nostrā rés-
picē omnipotens Deus: &
quia pondus propriae actiōnis
gravat, beati Timōthei marty-
ris tui atque Pontifici interces-
sio gloriōsa, nos protégat. Per
Dōminum.

Deinde fit Commemoratio
S. Raymundi. **Ania.** Hir vir
despiciens. ¶ Iustum deduxit.

Oratio. Deus qui beatum

Raymündum. ut supr. 336.

Vesp. de Conversione S. Pauli.

DIE XXV. IANUARII.

In Conversione sancti Pauli

Apóstoli. Duplex.

Ad Vesperas, **Ania.** Ego plan-
tavi, cum reliq. de Laudib. 338.

Psalm. Ixix Dōminus. cum ré-
liquis de Dominica 125. & loco

últimi, Psalm. Laudate Dōmi-
num omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. Act. 9.

SAULUS adhuc spirans minā-
rum, & cadiſ in discipulos
Dōmini, accēdit ad princi-
pem Sacerdotum, & pétij ab
eo epistolas in Damascum ad sy-
nagogas: ut si quos invenisset
huius via viros ac mulieres, vinc-
tos perdiuceret in Ierusalem.

HYMNAS.
Egregie Doct̄or Paule mo-
res instrue,

Et nostra tecum pectora in ce-
lum trahē:

Vclāta dum meridiem cernat
Fides,

Etsolis instar solaregnet Chāritas.

Sit Trinitati sempiterna gloria,
Honor, potestas, atque iubilatio,
In unitate que gubernat omnia,
Per universa aeternitatis secula.
Amen.

¶ Tu es vas electionis sancte
Pauli Apóstole. ¶ Prædicator
veritatis in universo mundo.

Ad Magnificat, Antiphona.
Vade Anania, & quere Santum:
ecce enim orat: quia vas electionis
est mihi, ut portet nomen
meum coram Gentibus, & régi-
bus, & filiis Israēl.

Oratio.
Deus, qui universum mun-
dum beati Pauli Apóstoli
prædicatiōne docuisti: da nobis
quæsumus: ut qui eius hodiè
Conversiōnem colimus, per
eius ad te exēpla gradiamur.
Per Dōminum.

Pro Commemorat. S. Petri,

Ania. Tu es pastor óvium, prí-
nceps Apostolorum, tibi tráditæ
sunt claves regni celorum.

¶ Tu es Petrus. ¶ Et super
hanc petram ædificabo Ecclē-
siam meam.

Oratio.
Deus, qui beato Petro Após-
tolo tuo, collatis clávibus
regni caelstis, ligandi arque
solvendi pontificum tradidisti:
concēde, ut intercessiōis eius
auxilio, à peccatorum nostro-
rum nexibus liberētur.

Deinde fit Commemoratio
S. Timōthei, Antiphona.
Qui vult venire post me,
abneget se metipsum; & tollat
crucem suam, & sequatur me.

¶ Iustus ut palma florēbit.

FESTA JANUARI.

R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. **O.** Oratio Infirmatatem nostram, ut supra. 337.
A. Ad Marutinum, Invitatorium. Laudemus Deum nostrum, * In conversione Doctoris Gentium. Psalmus. Venite exultemus. **H.** Hymnus Egregie Doctor. ut supra. 337.

In primo Nocturno, **A.** Qui operatus est Petro in Apostolatum, operatus est & militi inter Centes: & cognoverunt gratiam, qua data est mihi a Christo Domino. **P.** Psalmus. Cæli enarrant gloriam Dei. 14. **A.** Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem, iustus iudex. **P.** Psalmus. Benedictam Dominum, 54. **A.** Mihi vivere Christus est, & mori lucrum gloriari me opertet in cruce Domini nostri Iesu Christi. **P.** Psalm. Eructavit cor meum 67. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum. **R.** Et in fines orbis terra verba eorum.

In secundo Nocturno, **A.** Tu es vas electionis, sancte Pauli Apostole, predicatorum veritatis in universo mundo. **P.** Psalmus. Omnes Centes. 68. **A.** Antiphona. Magnus sanctus Paulus vas electionis, vere dignus est glorificandus, qui & meruit thronum duodecimum possidere. **P.** Psalmus. Exaudi Deus deprecationem. 77. **A.** Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. **P.** Psalmus. Exaudi Deus orationem. 78. **V.** Constitutes eos principes su-

per omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Dominus. In tertio Nocturno, **A.** Saulus, qui & Paulus, magnus predicator, a Deo confortatus convalescet, & confundebat Iudeos. **P.** Psalm. Confitebimur tibi Deus. 89. **A.** Ne magnitudo revelationum extollat me, datum est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanae, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut auferretur a me, & dixit mihi Dominus: Sufficit tibi Paule gratia mea. **P.** Psalm. Dominus regnabit, exultet. 105. **A.** Reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus Index. **P.** Psalmus. Dominus regnabit, irascatur. 110. **V.** Nimiris honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimiris confortatus est principatus eorum.

AD LAUDES,
& per Horas, Antiphona.

E GO plantavi, Apollio rigavi, Deus autem incrementum dedit, alleluia. **P.** Psalm. Dominus regnabit, cum reliquo. 17. **A.** Antiphona. Libenter gloriarob in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi. **A.** Antiphona. Gratia Dei in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet. **A.** Antiphona. Damasci, praepositus gentis Areæ regis volvit me comprehendere: a fratribus per murum demissus sum in sporta, & sic evasi manus eius, in nomine Domini. **A.** Ter virgis casus sum, semel lapidatus

tus sum, ter naufragium pertulæ pro Christi nomine.

CAPITULUM. Acto. 9.

Saulus adhuc spirans ministrum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem Sacerdotum, & pœnit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas: ut si quos invenisset huius viae viros ac mulieres, vincitos perderet in Ierusalem.

H. Hymnus. Exultet orbis gaudij, ut in Communi Apost.

V. Tu es vas electionis, sancte Pauli Apostole. **R.** Predicatorum veritatis in universo mundo.

A. Ad Benedictus, Antiphona. Vos, qui securi estis me, sedebitis super sedes, indicantes duodecim tribus Israel, dedit Dominus.

ORATIO.

Deus, qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicacione docuisti: da nobis quæsumus ut quiecius hodie conversionem colimus, per eius ad te exemplum gradiamur. Per Dñm.

Et fit Commemoratio S. Petri, ut supra. 337.

Ad Tertiæ, Antiphona.

Libenter gloriarob. **C**apitulum. Saulus adhuc. ut supra.

B. In omnem terram, * Exiit sonus eorum. In omnem

* Et in fines orbis terra verba eorum. Exiit. **G**loria Patri. In. **V.** Constitutes eos principes super omnem terram. **R.** Memores erunt nominis tui Dominus.

A. Ad Sextam, **A.** Gratia Dei. **CAPITULUM.** Acto. 9. b

Surrexerit autem Saulus de terra, aperteisque oculis nihil

videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus dies non videns, & non manducavit, neque bibit.

B. **BR.** Constitutes eos principes, * Super omnem terram. Constitutes. **V.** Memores erunt nominis tui Deus. **R.** Gloria. Constitutes. **V.** Nimiris honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimiris confortatus est principatus eorum.

A. Ad Nonam, Antiphona. Ter virgis casus sum.

CAPITULUM. Acto. 9. d

Saulus autem multo magis convalescet, & confundebat Iudeos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

R. **BR.** Nimiris honorati sunt, * Amici tui Deus. Nimiris. **V.** Nimiris confortatus es principatus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimiris. **R.** Annunciatuerunt opera Dei. **R.** Et facta eius intellexerunt.

Ad Vesp. **A.** Ego plantavi. cum reliquo de Lædibus. 338.

Psalmi de Communi Apostolorum. iii. **C**apitulum. Saulus spirans.

H. Hymnus. Egregie Doctor. **V.** Tu es vas, ut supra. in primis Vesperis. 337.

Ad Magnificat, Antiphona. Sancte Pauli Apostole, predicatorum veritatis, & doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Oratio. Deus, qui, ut supra.

Deinde fit Commemoratio S. Petri, ut supra. 337.

Et S. Polycarpi, ut infra.

DIE XXVI JANUARII.
In festo S. Polycarpi Episcopi & martyris. Semiduplex.
Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non tūmit: fundatus enim erat supra firmam petram. ¶ Gloria & honore coronasti eum Dómine. ¶ Et constitūsti eum super opera manuum tuarum.

ORATIO.

Deus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque Pontificis annua solemnitate letificas: concéde propitiis; ut cuius natalitia cōlinus, de cūtēdēm étiam protectione gaudeamus. Per Dóminum.

Vesperas de S. Ioanne, cum Commemor. S. Polycarpi.

DIE XXVII. JANUARII.
In festo S. Ioanni Chrysostomi Episcopi & Confessoris, Duplex.

In Hymno Vesperárum mutatur tertius Versus,
In utrīusque Vesp. ad Magnificat,
Aña. O Doctor optime, Ecclesiæ sancte lumen, beate Ioannis Chrysostome, divinae legis amator, deprecare pro nobis filium Dei. ORATIO.

Ecclesiām tuam, quēsumus Dómine, grātia cœlestis amplifīcet: quam beati Ioannis Confessoris tui atque Pontificis illustrare voluisti gloriōsis mēritis, & doctrinis. Per Dóminum.

Deinde fit Commemor. S. Polycarpi, Aña. Qui vult venire post me, abneget semetipsum,

& tollat crucem suam, & sequatur me. ¶ Iustus ut palma florēbit. ¶ Sicut cedrus Libani multiplicabitur. ORATIO. Deus, qui nos, ut suprā.

In ij. Vesperis fit Commemoratio S. Agnētis, ut infra.

DIE XXVIII. JANUARII.

Sancta Agnētis secundū.
Ad Magnificat, Antiphona. Stans a dextris eius agnus nive candidior, Christus sibi sponsam & martyrem consecravit. ¶ Specie tua, & pulchritudine tua. ¶ Intende, & prōspere procede, & regna. ORATIO.

Deus, qui nos annua beatissimae Agnētis virginis & martyris tuae solemnitate letificas: da quāsumus, ut quam venerāmur officio, etiam pia conversatio, nisi sequāmur exēplio. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatoriū & Hymnus de Communi Virginum, infra. xxvi.

Nocturnum Feria occurrētis.

Ad Laudes, & per Horas, Aña. Ingresa Agnēs, cum reliquis, ut in die Festi. 334. Similiter & per Horas omnia dicuntur ut annotatur in Festo, prater Orationem, quae dicitur ut suprā; & deinceps post Nonam nihil fit de ea.

DIE XXIX. JANUARII.

In Festo S. Francisci Salēsi Episcopi & Confess. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xvij. prater Orationem.

In Hymno. Iste Confessor, muratur tertius Versus.

ORA-

ORATIO.

Deus, qui ad animarū sa-lūtem beatūm Franciscūm Confessōrem tuum atque Pontificem, omnibus omniā factū esse voluisti: concēde propitiis; ut charitatis tua dulcedine perfusi, cius dirigēntibus mōritis, ac suffragantibus mēritis, atētra gaudia conse-quāmur. Per Dóminum.

In ij. Vesperis fit Commemoratio S. Martinae ut infra.

DIE XXX. JANUARII.

In festo S. Martinae virginis & martyris. Semiduplex.
Omnia de Communi Virginum, xxij. prater ea, quae as-signatur propria.

Ad Vesperas pro Commemor. S. Martinae virginis & martyris, Aña. Veni sponsa Christi, accipe corōnam, quam tibi Dñs preparavīt in aētūnum. ¶ Specie tua, & pulchritudine tua. ¶ Intende, & prōspere procede, & regna.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera po-tentiae tuae miracula etiam in sexū fragili victoriā martyrij contulisti: concēde propitiis, ut qui beatissima Martina virginis & martyris tuae natalitia cōlinus, per eius ad te exēplia gradianiur. Per Dóminum.

Ad Matutinum Invitatoriū.

R^egem Virginum Dóminum,
* Venite adorēmus. psalm. Ve-nite exultēmus. 2.

Nisi festum S. Martinae transfēti contingat: tunc enim in primis Vesperis, à Capitulo fit de cōdem Pesto, & dicitur

Hymn. Martinæ célébri, usque ad Quarēt p̄m̄ia. & in fine A nobis abigas. & ad Martiniūm incipit Hymnus. Non illam, usque in finem. Si verò non transfēratur, ad Matutinūm erit Hymnus ut infra. HYMNUS.

Martinæ célébri plaudite nōmīni,

Cives Romāci, plaudite gloriæ: Insignem mēritis dicate Vir-ginem;

Christi dicate Mārtym̄em.

Hac dum conspiciis orta pa-rentibus,

Inter delicias, inter amābiles Luxus illēcebras dītibus affluit

Faustas munēribus domus. Vitæ despiciens cōmoda, dé-dicat

Se rerum Dómino, & munifica manu Christi paupēribus dīstribuens opes,

Quarēt p̄m̄ia Cēlitum.

NON illam crūcians ūngula, non ferre,

Non virga horribili ūlnere cō-movēt;

Hinc lapsi è Sūperum scđibus Angeli

Celēsti dape récreant.

Quin & depōsta sevītā Ico Se rētu plācido prōicit ad pedes:

Te Martina tamen dans glādīus neci

Cali cētibus inscrit.

Tēthūris rēdolens ara vapōribus

Qīs sumat, p̄cibūs iugiter invocat,

Et falso pērimens auspicūm, tu!

Delet nōminis ómine.

FESTA JANUARII.

An nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu , qui Martýribus dexter
ades, Deus
Une & Trine: tuis dā famulis
iubar,
Quo clemens ánimos beas.
Amen.

Ad Laudes, HYMNUS.

TU nátale solum prótege,
tu bona
Da pacis requiem Christiádum
plagis:
Armórum strépitūs , & fera
prælia

In fine age Thrácos:
Et Regum socians ágnima sub
Crucis
Vexillo, Sólymas néxibus exime,
Vindéque, innocuū sanguinis
hóstium

Robur fúnditūs erue.

Tu nostrum cólumen, tu decus
ínclytum,
Nostrárum obsequiūm respice
mémentum;
Roma vota libens exíce, qua
pio

Teritu canit, & colit,
An nobis ábigas lúbrica gáudia
Tu , qui Martýribus dexter
ades, Deus
Une & Trine: tuis dā famulis
iubar

Quo clemens ánimos beas.
Amen.

X. Diffusa est gráta iñ lábijs
tuis. **¶** Proptéreá benedixit te
Deus in eternum.

Ad Benedic̄tus, Antiphona:
Símile est regnum cálborum hó
mīni negotiatori quárēnti bona
margaritas: invénta una pretio
sa, dedit omnia sua, & compa

ravit eam. Oratio ut suprā.
Vesperade S. Petro Nolásco,
cum Commemor. S. Martína.

DIE XXXI. JANUARII.
In festo sancti Petri Nolásco
Confessoris. Duplex.

Omnia de Com. Confes. non
Pont. xx. præter Orationem.

In Hymno Vesp. mutatū
tertius Versus. ORATIO.

Deus , qui in tua charít
atis exémplūm, ad fidé
lium redemptiōnēm
sanctum Petrum Ecclésiam tuam
nova prole foscundare diuinus
docusti : ipsius nobis intercessi
ónē concéde, à peccati servitū
te solitus, in calésti pátri perp
tua libertate gaudere. Qui vivis.

Deinde fit Commem. S. Mar
tína virg. & mart. Aña. Veni
sponsa Christi. **X.** Diffusa. OR
ATIO. Deus, qui inter cétera. 341.
In iiij. Vesp. fit Commem. S. Ig
náti Episc. & mart. ut infra.

FESTA FEBRUARII.

Prima die non impedita dicitur
Officiūm Defunctorū. Ixiiij.

DIE I. FEBRUARII.
In festo S. Ignáti Episcopi &
martyris. Semiduplex.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei
sui certávit usque ad mortem, &
à verbis impiorum non timuit:
fundáitus enim erat suprā fir
mam petram. **X.** Glória & ho
nore coronásti eum. Dómine.
¶ Et constitúisti eum super
ópera manuum tuarum.

ORATIO.

Infinítatēm nostram résipi
ce omnipotens Deus: ut
quia pondus própriæ actiōnis

gra-

FESTA FEBRUARII.

gravat beátī Ignatíi mārtiris tui
atque Pontificis intercessiō glo
riosa nos protéget. Per Dñm.

DIE II. FEBRUARII.

IN PESTO PURIFICATIONIS.
B. Mariae Vírginis. Duplex.

Ad Vésperas, Antiphona.

O Admirábile comméritūm!
O Crátor generis humáni,

animátum corpus sumens, &
Vírgine nasci dignátus est: &
procédens homo sine sémine,
largitus est nobis suam Deitá
tem. Psalm. Dixit Dóminus

& reliqui consuti de S. María,
ut in eius Officio Parvo. xl.

Aña. Quando natus es ineffab
liter ex Vírgine, tunc impléatæ
sunt Scripturæ: sicut pluvia in
velus descendistī, ut salvum fa
ceres genū humánum: te laudá
mus Deus noster. **Aña.** Rubum,

quem viderat Moyses incombus
tum, conservatam agnóvimus
tuam laudábilis virginitatem:
Dei génitix intercede pro no
bis. **Aña.** Germínavit radix Iesse:
orta est stella ex Iacob , virgo

perpérat Salvatorem: te laudámus
Deus noster. **Aña.** Ecce María
génuit nobis Salvatorem, quem
Ioánnes videns exclamávit, di
cens: Ecce Agnus Dei, ecce qui
tolit peccata mundi, alleluia.

CAPITULUM. Malach. 3.

Ecce ego mitto Angelum
meum , & præparabit
viam ante faciem meam.
Et statim véniet ad templum
sanctum suum Dominátor Dómi
nus. * Gaude & latáre Sion,
occurrens Deo tuo. Psalm. Ve
nite, exultémus. Hymn. Quem

terra. ut infra. xiv.

Antiphona, & Psalmi Noc
turnórum & x. dicuntur ut in

Officio parvo B. Marie. xlvi.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Simeon iustus & timoratus
expedíbat redemptiōnēm
Israél, & Spíritus sanctus

erat

X. Réponsuム accépit Simeon
a Spíritu sancto. **¶** Non visu
rum se mortem , nisi vidéret
Christum Dóminum.

Ad Magnificat, Antiphona.
Senex puerum portábatur, puer
autem senecte regébat: quem
virgo péperit , & post partum
virgo permánsit: ipsum quem
génuit, adorávit.

ORATIO.

O Mni potens, sempiterne
Deus , maiestatē tuam
supplicēs exorāmus : ut sicut
Unigénitus Filius tuus hodiéna
di cum nostrā carnis substāntia
in templo est presentātus ; ita
nos facias purificatis tibi mē
tibus presentātū. Per euđem.

Et non fit Commemoratiō
sancti Ignatii.

Ad Completorium , & alias
Horas, in fine ómniaum Hypnō
rum dicitur. Iesu tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine. præter
quam in Hymno. Ave maris
stella. Quod semper servátur,
quando fit Officiū de S. María.

Ad Matutinum, Invitatoriū.
Ecce venit ad templum sanctu
m suum Dominátor Dómi
nus. * Gaude & latáre Sion,
occurrens Deo tuo. Psalm. Ve
nite, exultémus. Hymn. Quem

terra. ut infra. xiv.

erat in eo. **Psalmus.** Dóminus regnávit. cum réliquis de Dominicis. 17. Aña. **Responsu[m]** accépit Simeon à Spíritu sancto, non visum se mortem, nisi vidéret Dominum. **Aña.** Accipiens Simeon puerum in manib[us], grátias agens benedixit Dóminum. **Aña.** Lumen ad revelationem Géntium, & gloriárum plenis tua Israél. **Aña.** Obtulerunt pro eo Dómino per tūrturum, aut duos pullos columbarum.

CAPITULUM. Malach. 3. **E**cce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim véniat ad templum sanctum suum Dominatōr quem vos quæratis, & Angelus testimoni, quem vos vultis.

Hymnus.

O Gloriósia Virginum, Sublimis inter sidera, Qui te creávit, parvulum Laetente nutris ubere. Quod Heva tristis abstulit Tu reddis almo gérmine: Intren ut astra flébiles, Cali rechilis cardines. **Tu** Regis altis iánnia, Et aula lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redémptæ plaudite. Iesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & almo Spíritu In sempitérna sǽcula. Amen.

Y. Diffusa est gráta in lábijs tuis. **R.** Propteréa benedixit te Deus in áternum.

Ad Benedic̄tus, Antiphona. Cum indicerent puerum Iesum parentes eius, accépit cum Si-

meon in ulnas suas, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis seruum tuum in pace.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, ut suprā. 343.

Ad Primam in ge brevi dicitur **y.** Qui natus es de Maria vírgine. Et sic dicitur semper, quando fit de beata Vírgine.

Ad Tértiam, Aña. **Responsu[m]** accépit Simeon. **Capitul.** Ecce ego mitto Angelum ut suprā.

R. br. Spécie tua, * Et pulchritudine tua. Spécie tua, * Intende, prosperè procéde, & regna. Et pulchritudine. **Gloria.** Spécie tua, * Adiuvábit eam. Deus vultu suo. **R.** Deus in médio eius, non commovébitur.

Ad Sextam, Antiphona.

CAPITULUM. Malach. 3.

Ecce véniat, dicit Dóminus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad vidéndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum.

R. br. Adiuvábit eam, * Deus vultu suo. Adiuvávit. **y.** Deus, in medio eius, non commovébitur. Deus. **Gloria Patri.** Adiuvávit. **y.** Elégít eam Deus, & prælégít eam. **R.** In tabernaculo suo habitére facit eam.

Ad Nonam, Aña. Obtulérunt.

CAPITULUM. Malach. 3.

Et placebit Dónimo sacrificium Iuda & Ierusalim sicut dies sǽculi, & sicut anni antiqui, dicit Dñs omnipotens.

R. br. Elégít eam Deus, * Et prælégít eam. Elégít. **y.** In taber-

bernáculo suo habitére facit eam. Et prælégít. **Gloria Patri.** Elégít. **y.** Diffusa est gráta in lábijs tuis. **R.** Propteréa benedixit te Deus in áternum.

Ad Vésperas, Antiphona.

Simeon iustus, cum réliquis de Láuidibus. 343. Psalmi, Capitulum, Hymnus & **y.** ut suprā in primis Vésperas. 343.

Ad Magnificat, Antiphona.

Hodié beatavirgo María púerum Iesum presentávit in templo, & Simeon replétus Spíritu sancto accépit eum in ulnas suas, & benedixit Deum in áternum.

Oratio ut suprā. 343.

Deinde fit Comm. S. Blássi.

DIE III. FEBRUARI.

S. Blássi Episcopi & martyris.

Aña. Iste sanctus. **y.** Glória & honore. **Oratio.** Deus, qui nos. ut infrā. ix.

DIE IV. FEBRUARI.

In festo S. Andréa Corsini Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communione Confessoris Pontificis. xvii. prater ea, quæ hic ponuntur propria.

In Hymno ad Vésperas, & Matutinum dicátur. Hac die latus méritu suprémos Laudis honores.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera potestáte miráculatam in sexu frágili victoriām martyrii contulisti: concéde propitiōs; ut qui beata Agathæ virginis & martyris tuae natálitia cólimus, per eus ad te exémpla gradíamur. Per Dóminum.

Deinde fit Comm. S. Andréa Corsini Episcopi & Conf. Ad Matutinum, Invitatōriū, Regem Virginum Dóminum,

In festo S. Agathæ virginis & martyris. Duplex.

Quando hoc Festum transfretur in aliam diem, ad Vésperas, Aña. **Quis es tu.** cum reliq[ue] de Laudib[us]. 346. Psalm. Dicit Dóminus. cum reliquis de Domínicā, & loco uitimi, Laudate Dóminum omnes Gentes. 129.

CAPITULUM. Ecccl. 51.

Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum salvatorem meū. Confitēbor nomini tuo: quóniam adiutor & protéctor factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione.

Hymnus. Iesu, coróna Víginum. **y.** Spécie tua. de Communi Virginum. xxv.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stans beatā Agathā in médio cáceris, expánsi manib[us] orabat ad Dóminum: Dómine Iesu Christe, magister bone, grátias tibi ago, qui me fecisti vīcere tormenta carnifícium: iube me Dómine ad tuam immarcessibilēm gloriām feliciter pervenire.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera potestáte miráculatam in sexu frágili victoriām martyrii contulisti: concéde propitiōs; ut qui beata Agathæ virginis & martyris tuae natálitia cólimus, per eus ad te exémpla gradíamur. Per Dóminum.

* Venite adorēmus Psal. Ve-
nīte, exultēmus. 2. Hymn. V ir-
ginis proles. ut in Communi
Virginum infra. xxvi.

In primo Nocturno, Aña.

Ingenūa sum, & ex spectabili
genere, ut omnis parentela mea
testātur. Psalm. B catus, vir, qui
non abijit. 3. Aña. Summa ingenuitas
ista est, in qua servitus Christi
comprobātur. Psalm. Quare
fremuerunt Gentes. 4. Aña. An-
cilla Christi sum, idēo me os-
tendo servilem habere persō-
nam. Psalm. Dómine, quid multi-
pliċāti. 4. y. Spécie tua, &
pulchritudine tua. B. Intende,
prospere procede, & regna.

In secundo Nocturno, Aña.
Agatha sancta dixit: Si feras
mihi promittis, audito Christi
nōmine mansuēscum. Psalm. C um
invocārem. 148. Aña. Si ignem
adhibeas, rotem mihi salvificum
de cælo Angeli ministrabunt.
Psalm. Verba mea auribus pér-
cipe. 60. Aña. Agatha latissi-
mè & gloriānter ibat ad cárce-
rem, quasi ad épulas invitata:
& agnem suum Dómino prä-
cibū commendabat. Psalm. Dó-
mine Dominus noster. 5. y. Ad-
iuvābit eam Deus vultu suo.
B. Deus, in médo eius, non
commovēbitur.

In técto Nocturno, Aña.

Nisi diligenter perfec̄teris cor-
pus meum à carnificibus atrec-
tari, non potest anima mea in
paradisum Dómini cum palma
int̄iāre martyrii. Psalm. In Dó-
mino confido. 7. Aña. Vidisti
Dómine agnem meum, quó-

modò pugnāvi in stadio: sed
quia nōlui obediē mandatis
principiū, iussa sum in ma-
milla torquēri. Psalm. Dómine,
quis habitabit. 9. Aña. Propter
fidem castitatis iussa sum suspē-
ndi in equiloco: adiuvā mi Dómine
Deus meus in tortura mammilla-
rum mēatrum. Psalm. C onserva
me Dómine. fo. y. Elégit eam
Deus, & präelégit eam. B. In ta-
bernaculo suo habitat̄ facit eam.
A D. L A U D E S,

& per Horas, Antiphona.

Q uis es tu, qui venisti ad
m̄ curare vñlera mea?
Ego sum Apóstolus
Christi: nihil in me dubites tília.
Psalm. Dóminus regnāvit. cum
rélig. 17. Aña. Medicinam car-
nalem corpori meo numquam
exhibui: sed hâbeo Dóminum
Iesum Christum, qui solo ser-
mone restaūra univerſa.
Antiphona. Gratiās tibi ago, Domi-
ne Iesu Christe, quia memor
es mei, & misisti ad me Apó-
stolum tuum curare vñlera mea.
Aña. Benedico te Pater Dómi-
ni mei Iesu Christi: quia per
Apóstolum tuum mamillam
meam meo péctori restituisti.
Aña. Qui me dignātus estab om-
ni plaga curare, & mamillam
meam meo péctori restitueres
ipsum invoco Deum vivum.

CAPITULUM. Eccli. 15.

C onfitebor tibi Dómine rex,
& collaudabō te Deum
salvátorem meum. Confitēbor
nōminis tuo: quóniam adiutor &
protector factus es mihi, & libe-
rasti corpus meum à perteōne.

Hymn.

Hymnus. Iesu corōna Virgi-
num. xv. y. Diffusa est grāta
in labijs tuis. B. Propterea be-
nedixit te Deus in aeternū.

Ad Benedictus, Antiphona.

Paganorum multitudō fugiens
ad sepulchrum Virginis, tulé-
rent velum eius contra ignem:
ut comprobare: Dóminus, quōd
a periculis incēdij meritis bea-
tæ Agathæ martyris sue eos
liberas.

Oratio. Deus, qui inter cé-
tera, ut supra. 345.

Ad Tertiā, Antiphona.

Medicinam carnalem. Capitu-
lum. Confitēbor. ut supra. 346
B. br. Spécie, tua, *Et pul-
chritudine tua. Spécie tua.
y. Intende, & prospere procede,
& regna. Et pulchritudine. Gló-
ria Patri. Spécie tua. y. Adui-
vabit Deus vultu suo. B. Deus, in
médo eius, non commovēbitur.

Ad Sextam, Antiphona.
Gratiās tibi ago.

CAPITULUM. Eccli. 51.

I berasti me secundum mul-
tititudinem misericordia
nōminis tui à rugientibus, prä-
páratib⁹ ad escam, de manib⁹
querentium animam meam,
& de multis tribulatiōnib⁹ qua
circumdedérunt me.

B. br. Adui-
vabit eam, *Deus
vultu suo. Adui-
vabit. y. Deus, in
médo eius, non commovē-
bitur. Glória. Adui-
vabit.

Ad Nonam, Antiphona.

Qui me dignātus est.

CAPITULUM. Eccli. 51.

L Audābit usque ad mortem
ánima mea Dóminum:
quóniam éruis sustinētes te, &
liberas eos de manu angustiæ,
Dómine Deus noster.

B. br. Elégit eam Deus, *Et
prælégit eam. Elégit. y. In ta-
bernaculo suo habitat̄ facit
eam. Et prælégit. Glória Patri.
Elégit. y. Diffusa est grāta in
labijs tuis. B. El roptereabenedi-
xit te Deus in aeternū.

Ad Vesperas, Antiphona.

Quis es tu, cum reliq. ut supra
in Laudib⁹. 346. Psalm. Dixit
Dóminus. cum reliquis de Do-
mína, 125. & loco uitum,
Psalmus. Lauda Ierusalem. 145.
Capitulum & Hymnus ut in j.
Vesp. 345. y. Diffusa est grāta
in labijs tuis. B. El roptereabenedi-
xit te Deus in aeternū.

Ad Magnificat, Antiphona.

Stans beata Agatha in médo
cærceris, expánsis manib⁹ orá-
bat ad Dóminum; Dómine
Iesu Christe, magister bone,
gratiās tibi ago, qui me fecis-
ti vincere tormenta carnifi-
cum: iube me Dómino ad tuam
immarcessibilem glóriam felici-
ter pervenire. Oratio. Deus,
qui inter cétera. ut in primis
Vesperis. 345.

Deinde fit Commemoratio
S. Dorotheæ virginis & mart.

DIE VI. FEBRARIIL.

S. Dorotheæ virginis & mart.
Aña. Veni sponsa Christi, accipe
coronam, quam tibi Dominus
p̄parav̄it in aeternū. y. Spé-
cie tua, & pulchritudine tua.

B. In-

B. Inténde, prósperè procéde,
& regna. **ORATIO.**

Indulgéntiam nobis, quássumus
mú Dómine báta Doróthea
virgo & martyr implóre:
quæ tibi grata semper exstitit, &
mérito castitatis, & tua profes-
sione virtutis. Per Dóminum.

DIE VII. FEBRARI.
In festo S. Romuáldi Abbátis.
Duplex.

In Hymno Vesperárum mu-
tatur tertius Versus.

ORATIO

Intercésio nos quássumus
Dómine, báti Romuáldi
Abbátis comendé: ut
quod nostris méritis non valé-
mus, eis patrocinio assequá-
mur. Per Dóminum.

In secundi Vespere à Capi-
tulo de sequenti, cum Commem-
oratione præcedentis.

DIE VIII. FEBRARI.
In festo S. Ioannis de Matha
Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confes-
soriis non Pontificis, xx. excép-
tis his, qua hic sunt propria.

In Hymno. Iste Confessor.
dicitur. Hac die latus méritu
suprêmos Laudis honores.

ORATIO.

Deus, qui per sanctum
Ioánnem Ordinem Sanctissímae
Trinitatis ad rediméndum de potestate Saracénorum
captivos cælestis insti-
tuere dignátus es: presta quás-
sumus; ut eis suffragántibus
méritis, à captivitate corporis
& animæ, te adiuvante liberé-
mur. Per Dóminum nostrum.

DIE

Deinde fit Commemoratio
S. Romuáldi Abbátis.

In ij. Vesp. fit Comm. S. Apol-
lónia virginis & martyris.

DIE IX. FEBRARI.
S. Apollónie virginis & mart.

Ana. Veni sponsa. **y.** Spécie
tua. ut suprà.

ORATIO.

Deus, qui inter cétera po-
tentia tua mirácula étiam
in sexu frágili vicitóriam marty-
rij contulisti: concéde propi-
tius; ut qui beatæ Apolloniae
virginis & martyris tua natali-
tia colimus, per eis ad te exím-
pla gradíamur. Per Dóminum
nóstrum.

DIE X. FEBRARI.
In festo S. Scholástica Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi Virgi-
num, xxv. præter Oratiōnem.

ORATIO.

Deus, qui ániam beatæ
virginis tuae Scholásticae,
ad ostendéndam innocéntiae
viam in columba spécie
calum penetrare fecisti: da no-
bis eius méritis, & præcibus
ita innocénter vivere, ut ad
atérrima mercámar gaudia per-
venire. Per Dóminum.

DIE XIV. FEBRARI.
Sancți Valentini Presbyteri
& martyris.

ORATIO.

Presta quássumus omnípo-
tens Deus: ut qui beatí Valen-
tini martyris tua natalitia col-
limus, à cunctis malis immínē-
tibus, eis intercessióne liberé-
mur. Per Dóminum nostrum.

DIE

DIE XV. FEBRARI.
SS. Faustini & lovíta martyris.

ORATIO.

Deus, qui nos annua sanc-
torum martyrum tuorum
Faustini & lovíta solemnité
letificas: concéde propitius; ut
quorum gaudéamus méritis, ac-
cendamus exémplis. Per Dñm.

DIE XVIII. FEBRARI.
S. Simeonis Episcopi & mart.

ORATIO.

INfirmitatē nostram réspí-
ce omnipotens Deus: ut qua-
pondus próprie actionis gravat,
báti Simeonis martyris tui at-
qui Pontificis intercessio gló-
riosa nos protéget. Per Domi-
num nostrum.

DIE XXII. FEBRARI.
In Cáthédra S. Petri Antiochiae.

Duplex.

Officium fit ut suprà in Cá-
thédra Româna, 331. omissa
Commemoratiōne S. Prisci.

Si hoc Festum ante Quadra-
gesimam vénérerit in Sábbato, vel
transfératur in Féram secun-
dam, & annus non fieret bissex-
tilis, de Vigilia S. Mathiae fit
Commemoratiōne Laudes post Com-
mem. S. Paula. In Quadragési-
ma autem fit Comm. in Láu-
dibus de Féria occurrenti, & ni-
hil fit de Vigilia nisi in Missa.

DIE XXIII. vel XXIV.
Febrárii anno Bissextili.

In Vigilia S. Mathiae Apóstoli.

Si non vénérerit in Quadra-

gesima. **ORATIO.**

DA quássumus omnípotens
Deus: ut báti Mathiae
Apóstoli tui, quam prævenimus

veneranda solemnitas, & devo-
tionem nobis augcat; & salutem.
Per Dóminum.

Si autem vénérerit in Quadra-
gesima, nihil fit de Vigilia nisi
in Missa.

DIE XXIV. vel XXV.
Febrárii anno Bissextili.

IN FESTO S. MATHIAE
Apóstoli. Duplex.

Omnia dicuntur de Communi
Apostolorum, & præter Ora-
tionem. **ORATIO.**

Deus, quicquidatum Mathiam
Apostolorum tuorum
collégio sociasti: tri-
bus quássumus; ut eius inter-
ventione, tua circa nos pietatis
semper viscera sentiāmus. Per
Dóminum nostrum.

Si hoc Festum vénérerit in
Quadragésima, fit Commemo-
ratio Féria occurrentis.

FESTA MARTII.
Ante Quadragésimam píma
die non impedita dicitur Offi-
cium Defunctorum. xviii.

FERIA SEXTA.
Post Dominicam Passiōnis cele-
bratur Officium Septem Do-
lorum B. Mariæ Virginis.

Duplex.
Si hoc Festum occurrat cum
aliò Festo Duplici, vel ij. Clas-
sis, transfératur in Sábbatum se-
quens, non obstante, quod dicto
Sábbato occurrat aliud Officium
alterius Sancti, dummodo non
sit altioris ritus, & tunc Festum
Sancti occurrentis iuxta
Rúbricas generales transfertur.

Nunquam transfératur hoc tes-
tum ad tempus Paschale.

Ad